



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Evlalia V. & M. 10. Decembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

Deorum restitueret , Hermogenem misit . Hic de loco ac mimere MENNAM , sed non perinde de constantiâ dejecit : ut qui resecta fœde à pedibus carne in sententiâ tamen persistit , neque post eru-  
tos oculos linguiamque vel à viâ virtutis excessit ,  
vel clamare animo Christum destitit ; quin cùm  
sub noctem medicinam membris omnibus ipse Ch-  
ristus fecisset , & Angeli palam se Martyri jux-  
sent , afficiare etiam se Hermogenes non dubitavit ,  
pulchrâ metamorphosi ex tyranno Episcopus urbis  
factus . Tot damnis maestatus Imperator ipse adfuit ,  
Deosque & se ulturus , Hermogeni manus pedesque  
auserrâ cremarique , ipsum ventre disciffo aquis met-  
gi , MENNAM vero ex arbore , ex MENNA pede sa-  
xum suspendi jussit , nobile anathema . Sed ecce  
mortem tunc uterque , sed postridie Maximinu-  
rum triumpharunt capite truncati . Offa quoquo-  
rumque ferreâ condita & in mare abjecta nautæ An-  
geli Byzantium deportarunt , à loci Antisite tumu-  
landa . Ibi molliter nunc quiescent , qui duriter o-  
lim vixerunt . Ex Surio .

*Si tantâ curâ agitur , ut aliquanto plus vivat-  
tur , quomodo agendum est , ut semper vivatur ? Et  
si prudentes dicuntur , qui omnibus modis agant , ne  
perdant paucos dies , quā stulti sunt qui sic vivunt ,  
ut perdant aeternum diem ? S. Aug. serm. 64. de verb.  
Dom.*

## S. E V L A L I A V. &amp; M. 10. Decembri.

**E** Merita Lusitaniae oppidum , oppidi longe  
maximum decus EVLALIA est virgo , que  
plures palmas quam annos , dum vixit , numerat-  
vit . Certè annum cum vix duodecimum ageret ,  
seviterque in Christianos impietas , vigilem liecit  
paren-

parentum custodiam noctis beneficio fecellit, interque Angelorum comitatum in jus ultrò ambulavit. Ibi sic rex ipsum judicem accusare ausa est, & ejus in pios tyrapnidem populo spectante & audiiente multis objurgare. Quidquid, cum hic dictis mellitis suadere infisteret, ut ad Deos transiret, quod dicta illa despueret, in vultum tyranni expuic; Deosque & thus Deorum; cumque; his minas omnes heroo pede calcavit: flagris deinde lacera risicitiam sanguineque suo picta velut superbè circumspexit se: demum cum faces ardentes admoverentur, flammis ore patulo excepit, Deoque cum anima lætabunda transmisit. Et vero ecce testes castissimi & animi & corpusculi! Ille, uti ipse carnifex spectavit, argenteas columbae pennas induitus celo se abdidit. Hoc, ut tumulus manibus responderet, prodigiose nives texerunt. Et erubuerunt, puto, hæc cum candidius aliquid se, virginitatem viserunt. Ex Prud.

*Nihil est in omnium virtutum dignitate praestans, quam pietas misericordia, & puritas castitatis. His nos prædiis specialiter instruamus ut tamquam duabus aliis elevati de terrenis mereamur esse cœlestes.. S. Leo serm. 4. de Pass.*

## S. DANIEL STYLITA. II. Decembri.

Cælo vicinus incola DANIEL est, qui annos XXIX. columnam habitavit, indeque tempestates, & cum his mortalia omnia generoso supercilie despexit, orci ingens terror, Superis gratissimum spectaculum. Nempe terris adeoque se altior, clientes sibi obnoxios reges habuit. Ita Leonem filio beavit, & mortis periculo exemplum Imperatorem sibi vitam debere fecit. At

Cc 4

Zenoni